

Acos, in farragine Epigrammatum à Maximo Planude congestorum, quorum auctores sunt ipsimet Grammatici.

Alben. lib.8. citat Herodotum, qui contemptus gratia grammaticos appellat μονομάχους, iniquis:

Τονομάχους, μονομάχους.

Quod in angulis latitavit bombycum more, quodque de minutis vocularum tractent. Erasmi. in Adag.

De Grammaticorum miseris & laboribus eleganter Pallas in primo Graecorum Epigram. alludens ad principium Iliados Homericæ, quam nocturna, diurnaque manu Grammatici versare solebant:

Ἀρτὴ γραμματικῆς πονηρὸς ἐστὶ κατὰ.
Πρῶτον, ἰσὺν ἔχει. δεύτερον, ἰσοδύνη.
Καὶ μετὰ δ' ἰσοδύνη, δαπάνη πάλιν ἀγῶνα ποιεῖ.
Ὁ τρίτος ἄγος εἰς ἀδύνατον κατὰ.
Τὰ δ' ἑσπερῆς, τὰ ἐσθῆρα, ἢ κῆρας ἀγῶνα.
Πέμπτον δ', ἰσὺν, ἢ χιρὸν ἐστὶ δίος.
Πῶς δ' γραμματικῆς δυνάτης μετὰ πόνου κατὰ.
Καὶ πᾶσι πόνου, καὶ μετὰ πόνου ἔχει.

SCRIPTORES.

De Grammatica, vide multa apud Quintilianum lib.1. Orator. instit. De Grammaticis origine, & quantum valeat, lege Polydorum Virgil. lib.1. c.7. de rerum invent. De excellentia grammaticis, Plin. lib.7. c.27. De Grammat. & vocabulis, Isidor. in lib. Origin. De illustribus grammaticis, C. Suetonii Tranquilli liber extat. De ratione docendi Grammaticam extat Synopsis Celsi.

Secundis, grammaticæ analectæ qui sunt? Cels. Rhod. lib. 13. c.31. Vide præterea de grammaticis & horum conditione, Antholog. Græc. lib.1. sect.17. lib.2. section.10. Gell. lib.4. c.1. Crimi. lib.3. c.8. Aelian. var. hist. Græc.

* Grando QUID SIT. ET QUOMODO. GENERATUR.

Grandinem Aristoteles descripsit pluviam in aere congelatam, lib.1. Meteor. c.12. Generatur autem, cum aqua pluvia in gelu cogitur, priusquam terram contingat. Quod fit, vel maximo æstu, vel intenso frigore. Eius materia est imber in quem nubes resolvitur. Proxima causa est calor aeris circumfusi, aquam per antiphrasim refrigerans, totumque ab ea calorem exprimens, & exsurgens. Quo fit, ut grando horridior sit ac durior cæteris impressionibus humidis, quæ in aere fiunt.

LOCUS.

Non est exigua inter Philosophos questio, de loco, in quo grando generatur. Anaxagoras & plerique alii, in media aeris regione generari autunt. At recentiores omnes, locum illius tam mediam, quam infimam aeris regionem assignant; potest enim aer utrobique sufficientem habere frigoris vehementiam, ut aquam congelare faciat, vel astu urgente per antiphrasim tantum frigoris potest intra aquam coalescere, quantum opus est ad eum effectum.

TEMPUS.

Quovis anni tempore grando generatur, sive interdiu, sive de nocte, quamvis in æstate & autumno crebrior, & major.

FORMA, ET QUANTITAS.

Grandinis forma sive figura est in globulum sive sphaerulam præcisa, quando ex loco altiore cadit; teritur enim longo spatio devoluta. Cadit nonnunquam vastior, & acutus angulis asperior, quando è proximo desluit. Narrat Isidorus, cecidisse nonnunquam grandines humano capite non minores. Certè grando qua Deus flagellavit Pharaonem, fuit maxima secundum Philonem: ita ut percuteret in omni terra Ægypti, cuncta quæ fuerant in agris, ab homine usque ad iumentum, cunctamque herbam, & omne lignum regionis confregit, ut constat Exod.9.

Indovicens Clavertius narrat, an. Dom. 1524. die 5. Augusti, Cremonæ pluisse grandinem magnitudinis ovi gallinæ.

Idem scribit, in agro Bononiensi anno 1537. mense Augusto, pluisse grandinem sanguine mixtam, ex qua inventa sunt grana excessisse libras xxviii. in pondere.

Olaus Mag. lib.1. c.22. memorat, in Septentrione decidere subinde grandinem majorem humano capite.

Certè anno superiore 1619. mense Julio, in quodam Fan-

drie Territorio, quod Vassiam vocant, vico celebri de Temsta, E cecidit sub meridie, inusitata & invisa Belgis magnitudinis grando, eaque dentibus & angulis aspera, cum pugni maximis, tum puerilis capitis magnitudinem exæquans: formam illius plerique in tabulam reulerunt, quo illius & specimen, & exemplum apud posteros extaret.

* Gratia.

DEFINITIO. ACCEPTIO. ETYMOLOGIA.

Gratia dicta est a Grati. Si gratia vocatur, ait S. August. gratis datur: si gratis datur, nulla tua merita præcesserunt, ut detur. Gratia autem nunc δωρεά donum, nunc χάρις à Græcis appellatur, & nonnunquam χάρισμα. Suntque tres hujus vocis acceptiones in S. Litteris.

Prima est, ut gratia vocetur, quidquid in creaturas à liberali Dei manu proficitur, sive illud sit beneficium naturale, sive supernaturale; quomodo dicit Augustinus in Ps. 144. Attendamus gratiam Dei non solum quæ fecit nos, sed etiam quæ refecit.

Secundo accipitur pro solis beneficiis supernaturalibus, ut ea rependat, quæ non ex merito Christi, sed ex sola Dei liberalitate: neque in indignos & peccatores, sed in non dignos, & non justos conferuntur: quæque non tam indebita, quam non debita nominantur. Qualis fuit gratia Angelorum, & ea quæ primo parenti data fuit. Imò & illæ quas humanitati Christi attribuit Scripturæ prædiderunt.

Tertio & communiter gratia intelligitur donum creatum, per quod ad beatitudinem supernaturalem (quæ ipsa quandoque gratia dicitur, ut ad Rom.8. nempe consummata) destinatur: sive fit habitus idem cum virtutibus operativis, sive diversus: sive actualæ auxiliium Dei, sive quæ vocatur donum, aut gratia gratis data.

PARTITIO.

Gratia communiter accepta, dividitur in Gratiam gratum facientem, & gratis datam. Quamvis enim omnis gratia gratis detur, quia si ex meritis, jam non esset gratia; tamen illi dono hoc nomen particulariter tribuitur, quod minus pendeat à bona & morali nostra dispositione, ac proinde promptius datur malis ac bonis, idque potius ad utilitatem aliorum, quam illius cui datur. Tales gratiæ sunt, quæ vocat Apollolus Divisiones gratiarum, v.g. donum prophetiæ, linguarum, curationum, &c.

Gratia autem gratum faciens est donum supernaturale & indebitum, ad propriam cuiusque salutem potissimum datum. De qua illud intelligitur Pauli dictum 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea.

Gratia gratum faciens, alia est permanens sive habitualis, alia specialis & transiens. Permanens sunt habitus infusi, fidei, spei, & potissimum charitatis; & dicitur auxiliium generale.

Auxilium speciale est motio, qua Deus movet hominem ad operandum, vel cum eo operatur, nempe in iis que quoquo modo vires nature excedunt: ad naturalem enim sufficit auxiliium generale, quod datur ad actus omnes, tam bonos, quam malos; cum speciale detur tantum ad actus bonos, qui ordinantur ad beatitudinem.

Gratia sive auxiliium speciale, aliud est excitans, aliud adjuvans, quæ vocatur gratia præveniens & Subsequens alio nomine: rursus Operans & Cooperans. Ita August. In Enchirid. c.32. Nolentem prævenit ut velit, volentem subsequenter non frustra velit. Quamvis omnis gratia prior, collata cum posteriori, præveniens vocari possit. Ita Paulus: Non ego, sed gratia Dei mecum. 1. Corin. 15. Est enim hominis cooperantis dicere, scribit Car. Cajet. in eum locum, gratia Dei que est mecum: homo vero etiam vacans potest dicere, gratia Dei que est in me.

Itaque ad gratiam excitantem pertinent divinæ inspirationes, quibus Deus cor nostrum pulsat, ut excitemur à somno peccati, vel cordiæ: Ad adjuvantem spectat divina cooperatio, directio, vel protectio, quibus juvamur, tum ut eligamus, vel ut faciamus quod inspiratum est. De ea intelligitur locus Apocalypsis capite 4. Ego sto ad ostium, pulso, &c. Quinta est partitio gratiæ in Sufficiens, & Efficacem, Sufficiens dicitur, qua Deus ita hominem vocat, & excitat, &

juva-

NOMINA, FIGURA ET SIGNIFICATIO.

Hesiodus facit tres Gratias, Aglaen, Euphrosynam, Thaliam. Homer. unam ex his Pasithea appellat: atque illius matrimonio addicit. Recipiunt in invicem complexis dextris, ut reddidio beneficii notetur: hilares sunt, sicuti dantes & accipientes: præterea virgines, quod sine spei conceptione detur: vestibus fluentibus & lucidis, quod sine allegatione alterius, aut obligatione tribuatur: denique juvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Tres sunt, promerentium videlicet, & reddentium, & amborum simul.

DESCRIPTIO.

Ex Embl. And. Alciati, Emb. cxxii. Tres Charites Veneri assunt, dominamque sequuntur: Hincque voluptates, atque alimenta parant: Letitiam Euphrosyne, speciosum Aglaeniam, Snaadela est Pitibus, blandus & ore lepis. Cur nude? mentis quoniam candore venustas Constat, & eximia simplicitate placet. An quia nil referunt ingrati, atque arcana inanis Est Charitum: qui dat munera, nudes eget. Addit cur super pedibus talaria? bis dat. Qui cito dat, minimi gratia tarda pretii est. Implicitis ubi, cur vertitur altera? gratis Venerat, huic remanent una abeunte dua. Iuppiter iis genitor, calli de semine divos Omnis acceptus exiit Euryome.

SCRIPTORES.

Planè de tribus Gratiis vide apud Mars. lib.8. c.12. De iisdem & Genio eundem lib.7. c.10. De iisdem & Concordia, lib. 8. c.62. De Gratiarum templis, Cels. Rhod. lib.22. c.26. Sacris, Cels. Rhod. lib.22. c.2. De Gratiarum ratione, & Furture, eundem, lib.11. c.19. Gratia omnigenum bonorum, Tzetzes lib.10. c.337. Natal. Comes in Mytholog.

Gratitude.

* DEFINITIO.

Gratitude vel Gratiarum actio, Græcè ἔχραστία, & χάρις, gratias, & ἔχραστία, gratias ago, dicitur. Gratiarum actio sive gratitudo est virtus specialis, reddens gratiam benefactori, secundum B. Thom. 2. 2. q. 106. a. 1. Definunt autem communiter à Theologis, quod fit virtus quæ respicit debitum ex beneficio accepto natum, & ut illi aliquo modo satisfaciatur, rependit aliquid benefactori; ut gratiarum actionem, obsequium, cultum, vel aliud beneficium. Itaque extendit se ad omnes, à quibus aliquid beneficii accepimus, nimirum ad Deum, parentes, superiores, & hominem privatum.

Censet autem S. Thomas, gratitudinem, si erga Deum spectetur, non esse habitum à virtute religionis distinctum: si erga parentes, non distingui à pietate: si erga superiores, non distingui ab observantia. Si tamen consideretur, ut respicit privatum benefactorem, & debitum ex eius beneficio proveniens, hac ratione esse virtutem specialem à supra dictis distinctam; quia hac ratione habet specialem rationem debiti, quæ non est tam stricta, quam in prædictis virtutibus, nimirum erga Deum, parentes, superiores: non enim est debitum legale, sed morale tantum. Itaque juxta hanc sententiam gratitudo est specialis virtus, quæ proprie solum respicit personam particularem: ita Lessius lib.2. c.46. dub. 1. de Jure & Iustitia.

* OFFICIA GRATITUDINIS.

Officia gratitudinis sunt quinque: I. beneficii æstimatio: II. Benigna acceptatio: III. Gratiarum actio: IV. Grata commemoratio: V. Responso. Colligitur ex D. Thom. a. 3. q. 5.

Primum est beneficii æstimatio, nempe ut offendamus nos illud æstimare, si non ex rei magnitudine, saltem ex affectu & animo donantis: hic enim in beneficiis gratuitis potissimum est ponderandus; unde conferentes aliquid beneficium, præsertim majoribus, solemus excusare & rogare, ne rem ipsam quoque datur, sed affectum, quo datur, inuancatur. Unde Sen. lib.1. de benef. c.6. Beneficium non in eo, quod fit aut datur, consistit; sed in ipso dantis & facientis animo: & Cicero. lib. 1. de offic. Acceptorum beneficiorum sint delectus habendi, & in primis quo quisque studio vel benevolentia fecerit, ponderandum.

Secundum, benigna acceptio; si enim repudies, vel absque indicio, quo significes gratum esse, acceptes, videris contem-

A juvare paratus est, ut revera possit velle, credere, converti, & benefacere. Efficacem vocant, quia Deus ita vocat & excitat, ac juvare paratus est, ut infallibiliter, & re ipsa velit, qui fecit excitat, & vocatur, ita ut credat, convertatur, & bonum faciat. Unde gratia efficax alia est Operans, quæ facit ut velimus: alia Cooperans, quæ id præstat, ut quod voluerimus impleatur, quomodo dicit S. August. l. de grat. & libero arb. c. 17. Ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Cæterum gratiam sufficientem vocat Apollolus vacuam, quando cum illa liberè moraliterve non operamur, aut effectum suum non sortitur, qui consistit in acceptatione & libero consensu.

Subtiliores de Gratia quæstiones, disceptationes, & controversiæ, hujus loci non est enarrare: videantur Theologi Scholastici, & Roberti Bellarmini Controversia, Tom.4. lib.1. c.2. 3. 4. & sequent.

EFFECTUS.

Gratia, quæ per Christum datur, non solum peccatorum remissionem facit: sed etiam ut lex impleatur, ut natura liberetur, nec peccatum dominetur. Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita, à Deo conceditur, ut homini peccati alia concedatur; nam fides non est liberi arbitrii tantum, sed donum Dei. August. de libero arbitrio, & hab. de Conc. dist. 4. can. Gratia.

Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salvi fieri possunt: non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Idem l. de natura & gratia.

Gratia ad hoc datur, ut lex compleatur, ut natura liberetur, & peccatum non dominetur, ut velimus: sine nobis operatur incipiens, quod volentibus cooperatur perficiens: sine illo autem nihil operante, cum volumus, ad bona opera nihil valeamus. Idem de gratia & libero arbitrio.

Uberior est gratia, quam petitio: semper enim Deus plus, tribuit, quam rogatur. Ambros. super Lucam.

Gratia vehementior est ad diligendum, quam natura. Reddendo vacuatur pecunia: gratia autem & habendo solvitur, & solvendo retinetur. Idem l. de offic.

Concilium Tridentinum sub anathematis pena decrevit credendum, Gratiam esse non solum, per quam peccatorum fit remissio: sed divinam qualiterque animæ inhaerentem, ac velut splendorem quemdam & lucem quæ animarum nostrarum maculas delet, ipsaque animas reddit pulchriores, & illustiores: atque id ex Litteris colligi aasserit, cum gratiam dicit effundi, inquit Spiritus S. pignus solet appellare. Ita Concil. 6. c.7. & can. 11.

* Gratia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Gratiæ à Græcis χάρις dicuntur, eò quod lætitiæ significant: nam & lætari videntur, qui dant & accipiunt beneficium. Tres idè esse finguntur, quia & beneficii in alios esse debemus, & aliorum beneficia suscipere, & his, qui in nobis liberales fuerunt, retribuere. Dant autem, & accipere, & retribuere, tres actus sunt in se distincti. Alii dicunt idè tres singi, quia acceptum beneficium cum favore reddi debet: Quapropter solebant veteres ita Gratias pingere, ut una earum averiam faciem teneret, quasi à nobis profecta: Dux verò non aspicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Nude præterea pingebantur, quia beneficia sine fæce esse debent, & nullo tibi velamine. Item connexæ, quia insolubiles docet Gratias esse, & amicitia: foedus perpetuum esse, Horatius: Sequæque nodum solvere Gratiæ.

Has quidem dicitur Jove patre genitas, quoniam à Jove omnis procedit gratia. Item matre Eurydomene, vel Euryome, vel Eurymeduse. Dicitur enim Eurydomene, ἡ Ἰσὶδὸς ἡ Εὐρυμένη, hoc est, abundanter dando. Euryome, ἡ Ἰσὶδὸς ἡ Εὐρυμή, hoc est, abundanter retribuendo. Eurymedusa verò ἡ Ἰσὶδὸς ἡ Εὐρυμή, hoc est, tegeo. Quoniam qui liberales & manifesti sunt, cæteris imperare consueverunt. Alii ex Veneri & Marti: alii ex Venere & Libero patre: alii ex Herebo & Noctæ genitis dixerit. Finguntur lavari in Acidalio fonte Orchomeni urbis Bœotie, quoniam pura esse beneficia debent, & nihil foetidum habere, nullamque spem retributionis.

A nere, vel certe parvifacere beneficium & affectum donantis. Si autem benignè acceptes, ipfo modo illum honoras, & affectui ejus quodammodo satisfacias. Unde Sen. lib. 2. de benef. c. 35. Vis redere beneficium? Accipe benignè; & c. 24. Qui gratè beneficium accepit, primarij ejus pensionem solvit: gaudio enim afficitur donator, videns beneficium suum gratum esse, & aliquod commodi vel oblectationis afferre donatorio: tunc enim censet se non frustra collocasse, & fructum, quem principaliter intendit, retulisse.

Tertium, Gratiarum actio: Hac nihil est aliud, quam benevola protestatio gratiæ acceptæ, seu beneficii gratis & absque debito dati, cum quadam sui subjectione, & demissione ad ipsam beneficentem directa. Hac actio est quadam beneficii compensatio, quæ per illum honoratur benefactor, & aliter se illi quodammodo immittit tanquam majori.

Quartum est, Grata commemoratio, videlicet ut primo apud nos tempore & loco simus memores beneficii accepti. Ut enim ait Sen. lib. 3. c. 1. Ingratissimus omnium est, qui beneficii oblitus est: cui enim totum beneficium elapsum est, gratius fieri nunquam potest. Deinde apud alios, quando occasio se offert, libenter referamus; hoc enim ad honorem & laudem benefactoris pertinet; unde est quadam compensatio.

Quintum est, beneficii relato, quando vicissim beneficium re vel obsequio redditur.

* GRATITUDO ERGA DEUM.

QUOMODO EXCITANDA?

Affectus gratitudinis in Deum excitari debet, primùm consideratione donorum ipsius in seipsis, quæ & qualia sint, quo fine dentur, aliaque eò factientia. De quibus videndus etiam Sen. lib. 4. de benef. c. 5. & 6.

Secundò, consideranda sunt eadem dona, quatenus nobis dantur indignis, ingratis, imò & supplicia merentibus.

Tertiò, expendenda sublimitas & majestas eadem conferentis.

Quartò, etiam modus quo ea conferuntur, attendendus. Ideo enim semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, verbunisque carnem assumpsit: quæ omnia mirificè beneficii augent rationem.

Quintò, ponderandus affectus quo Deus nobis illa confert: non enim id agit, quòd bonorum nostrorum indigeat, sed quòd velit nobis per ea benefacere, & tam animæ quam corpori prodesse. Legatur Resignolius lib. 4. discipline Christiane cap. 25.

EXEMPLA BIBLICA GRATITUDINIS DEO EXHIBITÆ.

Solicite gratias agebat Deo Jacob, dicens: Domine minor sum cunctis miseracionibus tuis. Gene. 31.

Venerit Dominus, ut liberato filiorum Israel de Ægypto nunquam exideret eorum memoria. Erit quasi signum, ait, in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, ut lex Domini semper sit in ore tuo. Exod. 13.

Cecinit Moyses & filii Israel canticum Deo, & dixerunt: Canticum Domino. Postquam scilicet tam mirabiliter transierant mare rubrum. Exod. 15.

Obtenta de inimicis mirabili victoria, venerunt ad Moysen principes exercitus Israel, dicentes, quòd nullus fuerat de filiis israel in bello occisus: & tamen hominum & animalium rapuerunt magnam prædam: & ob hanc causam dona magna obulerunt. Num. 31.

Præcepit Dominus, ut post transitum Jordanis miraculose poneretur duodecim lapides in perpetuum monumentum. Josue 4.

Post victoriam de Sifara habitam per Barach & Debora, Domino cecinerunt. Judic. 5.

Quamvis filii Israel in præliis, ubi vincebant, fortiter dimicarent; tamen dicebatur Dominum percutere inimicos, ut laus Deo attribueretur. Judic. 20.

Oravit Dominum & laudavit Anna pro filio sibi dato. 1. Reg. 2.

Audiens David relationem, quam Deus fecerat Nathan propheta de regni sui duratione, gratias egit valde humiliter & devotè. 2. Reg. 7.

Multum laudandus est Deus, qui dat populo bonum principem & prælatum, juxta illud: Benedictus Deus qui dedit David filium sapientissimum, propter populum hunc plurimum. 3. Reg. 1. & 15.

Cyrus rex Persarum fecit clamari per omnia regna terræ: Cecidit mihi Deus cæci omnia regna terræ, & præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem. Quis est in vobis univerfo populo ejus? Sit Deus cum ipso, & ascendat in Jerusalem. 1. Esd. 1.

Cum Tobias recuperasset visum, & uxor ejus, & omnes qui fiebant cum prius cæci, glorificabant Deum. Tob. 11. Omnis populus, post victoriam de exercitu Holofernis habitam, venit in Jerusalem adorare dominum. Judith. 16.

Revelata Danieli visione Nabuchodonosor regis Babylonis, benedixit Deo cæli, & ait: Sit nomen Domini benedictum, quia sapientia & fortitudo ejus sunt. Daniel. 2.

Devotè & pulchrè exolverunt laudes Deo illi tres Pueri, de fornacis incendio liberati. Et non solum illi hac de causa gratias egerunt Deo, sed & Nabuchodonosor fecit prædicari mirabilia Dei in toto regno. Daniel. 3.

Mundato templo & erecto sub Juda Machabæo, adoraverunt & benedixerunt in cælo eum qui prosperavit eis. 1. Mach. 4.

Judas Machabæus & populus Jerosolymorum scripserunt Aristobolo, dicens, De magnis periculis à Deo liberati gratias magnificè ei agimus. 2. Mach. 11.

Devotè Timotheo per Judam Machabæum, & capto quodam forti præsidio, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel. 2. Mach. 10.

B. Virgo audita laude sua, quam dixit Elisabeth: Benedicta tu, &c. in vocem laudis prorupit, pro beneficiis sibi, & toti mundo collatis. Luca. 1.

Nato Joanne Baptista, Zacharia recuperato loquendi officio, Dominum prophetando laudavit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel. Luca. 6.

Accipit puerum Jesum Simeon in ulnas suas, & benedixit Dominum. Luca. 2.

Quando volebat Dominus in Evangelio aliquod grande opus facere, frequenter legitur in cælum suspensisse, & gratias egisse. Sicut patet in panum multiplicatione, in Lazari suscitatione, in Eucharistia institutione. Matth. 14. Matth. 26. Marc. 6. Luca. 9. Joan. 6. 11.

Videntes Turbæ paralyticum à Domino curatum, glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Mat. 9.

Item viduæ filio suscitato, accepit omnes timor, & magnificabant Deum, dicens: Quia propheta magnus surrexit. Luca. 7.

Unus illorum decem Leprosorum ad mandatum Domini mundatorum regressus est unus, & cecidit in faciem ante pedes ejus gratias agens. Luca. 17.

Postquam cenavit Dominus cum Discipulis suis, subditur: Et hymno dicto, exierunt in montem Olivarum. Matth. 26.

Claudius à Petro sanatus, intravit cum Apostolis in templum, ambulans & exultans & laudans Deum. Sequitur: Omnes glorificabant Deum, per id quòd factum fuit. Erat enim homo ille annorum plurius quadraginta. Act. 3. 4.

Gratias agebat Paulus pro beneficiis sibi & aliis à Deo collatis. Sibi quidem in sua conversione: Gratias ago Deo meo, qui me confortavit in Christo: Qui prius fui blasphemus, & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum. 1. Tim. 1.

Item in sua conversatione: Deo gratias, qui semper triumphat per nos in Christo Jesu. 2. Cor. 1.

Et pro beneficiis fratribus collatis gratias devotè agebat: Primum quidem gratias ago pro omnibus, quia fides vestra annunciat universò mundo. Rom. 1.

HISTORICA.

Ex Cæsarea civitate (quam Greci Panæadem vocant) fama fert ortam fuisse mulierem illam, quam sanguinis profusio laborantem, sicut Christus factu sanationem rapuisse, divinorum Evangeliorum refatur scriptura. Ibi domus quoque ejus magnifica visa est adhuc, simulque admirandum tropæum & monumentum collati in eam beneficii Servatoris permansit. Præ foribus namque domus ejus in columna quadam arce duæ statuæ stabant sublimes: quarum altera genibus flexis, manibusque protensis, fœmine habitu supplicanti faciem præse tulit: altera autem ex adverso collocata directo vultu, diploide cum decenti quadam gravitate amicti, manum inclinatæ foeminae porrigeere visa est. Ad hujus pedes in statuæ arce diuisi basi herba viscerifera, quæ quum ad simbriam arce diploidis pertigisset, non altius progrediebatur: eamque veluti sacram simbriam tangens illa, præsens adversus omne genus morborum auxilium habuisse dicta est. Stantiam porro illam à muliere illa sanguinis profusio laborante ad Christi formam & ha-

A & habitum constam esse, vera certaque, quæ ad nos pervenit, historia tradidit, atque ad Juliani æque tempora pertraxit. Neque adeò mirum videri debet, qui aliquid beneficii ollam à Servatore nostro accipere, eos per hujusmodi monumenta grati erga eum animi memoriam reliquisse. Niceph. lib. 6. hist. Eccl. 16. & lib. 10. c. 30.

ELESBAAN rex Ethiopum: Post victoriam insignem de crudeli hoste reportatam, belli dux Elesbaan, vir pius, quem se socium auxiliatorumque habuisse retum omnium Deum, cujus manu Christianorum hostem consecisset, probè sibi esse conficius: Equidem, inquit (facie & voce in cælum intenta) summe Imperator, quod tibi pro mihi subministrata ope reddam, ut pat est, non habeo. Quòd verò mihi est regnum (id quod apud omnes habetur clarissimum) tua gratia hodie depono. His dictis, purpuram diademaque abiecit, & solitariam vitam, ut liberis Deum coleret, amplexus est. Niceph. Eccl. hist. lib. 17. c. 6.

Quum Alphonsus regem Neapolitanum convenisset Joannes Orator Pontificus, ac de pace Tuscicæ ageret, inter alia piè & sapienter dixit: Scio me, inquit, postquam regnare cepti, & quam plurimos homines è modica fortuna ad magnas opes ac potentiam evexisse, qui postea beneficii immemores exierunt. Ea verò res mihi minime admirationi est, cum & ipse eodem ingrati tudinis vitio laborem. Nam quis plura ex optimo maximoque Deo, quam ego beneficia accipit, qui natus ex regibus amplissima regna hereditario jure sum consecutus, nec minora mihi ipse armis comparavi? Pauci me reges inrer Christianos antecedunt. Ingenium mihi natura non obtulim dedit, memoriam non infirmam, corpus salubre, vitam longiorum, ac morbis ferè inoffensam. Opes mihi, deliciae, voluptates abundè suppedit: literarum quoque nonnullam cognitionem adeptus sum. At ubi mea gratitudo? quid ego feci pro tot tantisque divinæ clementiæ munibus? Intellego me certè ingratum esse, eoque pœna tantò majore dignam, quanto gravius est Deum quam hominem fallere. Verum si mihi vita contigerit, est animus, quod hæcenus neglectum est, abundè præstare. Injuria enim quas crudelissima gens Turcarum Jesu Christo vero & maximo Deo nostro nunc in Græcia, nunc in Asia quotidie infert, ultum ire decrevi, atque ad id jam naves, jam viros & arma comparavi. Itaque nihil est, cur me Tuscicæ pacem quovis pacto turbaturum existimes. An. Syl. de dit. & sat. Alphonsi.

GRATITUDINIS IMPENSÆ HOMINIBUS.

OB PRÆSTITA OBSEQUIA,

& beneficia.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Cum percussisset Abraham quatuor Reges, & omnem substantiam, quam illi rapuerant, redussisset, rex Sodomorum egressus est in occursum ejus, & omnia obtulit ei, solis animalibus exceptis. Ubi notandum, quòd licet Abraham oblata repueret, tamen bene voluit, ut loci sui partem haberent de præda, tanquam eorum suffragio non ingratus. Gen. 14.

Videns Laban jocalia, in aures scilicet & armillas, quæ servus Abraham dederat Rebecce forori suæ, venit ad illum, & dixit ei: Ingredere benedictè Domini & eum in hospitium cum multa humanitate recepit. Gen. 24.

Postquam impleti sunt dies mensis unius, quibus Jacob fuit cum Laban avunculo suo, dixit ei Laban: Nunquid quia frater meus es, gratias servies mihi? Dic, quid mercedis accipias. Gen. 29.

PHARAO rex Ægypti multum fuit gratus Joseph pro expositione somnii sui, & eum magnificè sollicitavit. Gen. 41.

Jethro sacerdos Madian gratus fuit pro eo, quòd Moyses filias ejus defendiderat, quando ad gregem adquamdam iverat: unde fecit eum vocari, ut comederet: & dedit ei filiam suam in uxorem. Exod. 2.

Valde sollicitus fuit Josue, ne Raab meretrix, quæ nuntios ab eo missos absconderat, civitate Jericho ruerent, periret. Jos. 6.

Cum liberasset Gedeon ab inimicis Israel, dixerunt omnes ad eum: Dominare nostri tu & filius tuus, quia liberaisti nos de manibus Madian. Judic. 8.

Dixit Noemi, commendando Booz, qui Ruth benignè viderat: Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit & mortuis. Ruth. 2.

Quia Cinea benè se habuerat ad filios Israel, pepercit ei Saul, quando destruxit Amalec. 1. Reg. 15.

Dixit David ad Abjathar, cujus pater dilexerat ipsum David: Mane mecum; ne times, atque ad Juliani æque tempora pertraxit. Neque adeò mirum videri debet, qui aliquid beneficii ollam à Servatore nostro accipere, eos per hujusmodi monumenta grati erga eum animi memoriam reliquisse. Niceph. lib. 6. hist. Eccl. 16. & lib. 10. c. 30.

Misit David ad viros Jabes Galaad, qui sepelierunt corpora Saul, & filiorum ejus: Et gratias egit eis. 2. Reg. 2.

Propter amorem Jonathan filii Saul, inquisivit David, si esset aliquis superstes de genere ejus; & construxit Mesphoboth, filium Jonathan, convivium mensæ suæ. 2. Reg. 9.

Regina Saba, multa munera attulit Salomon; ille verò reddidit ei omnia, quæ expetivit, exceptis his, quæ ultrò obtulit ei munere regio. 3. Reg. 10.

ELIAS piè compassus est viduæ, apud quam subsentabat: & efficaciter oravit pro filio illius defuncto, ita quòd ipsum à mortuis suscitavit. 3. Reg. 18.

Allegavit Abdias beneficium, quòd contulerat prophetae Domini, quos absconderat, quando quærebantur ad mortem; ad hoc videlicet, quòd Elias nuntium periculosum ei injungere non deberet. 3. Reg. 18.

Ascensus in cælum, bene remuneravit discipulum suum Elias, scilicet Elisæum. 4. Reg. 2.

Mulieri Sunamitæ, hospite Elisai, ipse Elisæus benignè obtulit, ut loqueretur pro ea regi, si apud ipsum haberet negotium. Item filium eidem impetravit, & postea mortuum suscitavit. 4. Reg. 4.

NAAMAN Syrus mundatus à lepra ad verbum Elisai, obtulit ei munera, dicens: Obsecro, ut accipias benedictionem à servo tuo. 4. Reg. 5.

Accusatores Judæorum miserunt epistolam Artaxerxi regi, inter cætera continentem: Nos autem memores salis, quem in palatio comedimus, & quia lesiones regis videre nefas ducimus, idcirco missimus, &c. 1. Esd. 4.

TOBIAS junior cum multa gratitudine retulit patri suo beneficia à Raphaele percepta. Tob. 12.

ESTHER R. non fuit ingrata Mardochæo nutritori suo. Est. 4.

NABUCHODONOSOR rex Babylonis audita expositione somnii sui per Daniele, in sublime eum exulit, & magna munera illi dedit. Similiter & Balthasar honoravit eum pro eo quòd exposuerat ei scripturam quam in pariete viderat. Dan. 2. 45.

Audiens Judas Machabæus, quòd Scytopæ bene se habuerant ad Judæos in tempore tribulationis eorum, gratias egit illis. 2. Mach. 12.

Seniores Judæorum dixerunt Domino Jesu de Centurione, pro servo infirmo rogante: Dignus est, ut hoc illi præstes: Diligit enim gentem nostram & synagogam ædificavit nobis. Mar. 8. Luca. 7.

¶ Vide nonnulla infra, Tit. Gratitudo pro hospitibus. Item ob munera & dona alia.

* EXEMPLA HISTORICA SANCTORUM ET PROFANORUM.

Optima beneficiorum custos est ipsa eorumdem memoria, & perpetua gratiarum confessio; unde contententem Agrestium Præfectum, Solem summo jure pro numine habendum, Tranquillus hoc modo compellit: Num, inquit, navibus tibi alimenta ferentibus gratiæ agenda: potius quam Regibus? Si ergo Regibus aportata adscribitur annona: quanto magis uni Deo gratiæ agenda, cujus nutu omnia elementa nostris usus deserviunt? Ex. Sur. tom. 1. in vita. L. Beyerlinck. Apophtheg. Christianis.

S. SABA Cœnobiorum multorum pater, Agarenis per celum transeuntibus, apposuit melagriorum & arundinum radices; neque enim aliud ei in cibum. Illi regressi, caseos & dactylos referunt. Tum Saba, Heu mihi, inquit, Barbari isti, patvi nostri beneficii memores, referre gratiam nullicè studuerunt: nos qui bonis Creatoris fruimur in dies, nullum ei studemus referre gratiam per mandatorum observationem? Quæ venia? quæ excusatio? Sur. tom. 6. in vita.

S. RUMORDIS Archiepisc. epistlem etiam mentis fuit. Contendebant apud illum parentes, heroniam fœmimate illustrem in conjugem, & simul Scotiæ adificeret gubernacula. At ille soli Deo vacans, Quid, inquirebat, Imperium, quid mulierum amplexus, mihi propediem emigratorum profutura sunt? quoniam nihil tunc sim habiturus, quod gratitudinis loco Deo, omnium bonorum largitori, quem referre. Ex. vita ejusdem. Id. ibid.

Cum B. Ignatius Lojola lingue Italice puritati nequicquam incumberet, & vix illa profectus superesset, Ego, ajebat, à bonorum largitore non plus accepi, conferam tamen in ejus laudem hoc quidquid est, quod ut Deo redderem, ab ipso accepi. Ribaden. in vita lib. 3. c. 3.

A Spectabilis insuper in Theodosio Imp. hac gratitudo fuit. Exhibitus erat suo populo Circenses ludos, & nuntium accipiebat, Tyrannum Joannem in Occidente interemptum: ceptoque desistens, populo qui spectatum advenerat, denuntiavit: Relinquamus hoc propositum, & ad Ecclesiam propereantes, Deo gratias agamus, cujus manus tyranni praesumptionibus obviavit. Dixerat, & ecce fit frequens ad Ecclesiam concursus, gratiaque ter maximo Deo redduntur. *Socrat. Trip. hist. lib. 11. c. 18.*

Etiam Alphonfus Arag. Rex hac gloria illustris, scriptis ad amicos dixisse commemoratur: Deo tribus potissimum de causis incessanter gratias ago: quod me rationale animal esse dederit: quod Christianum: quodque inter Christianos, Regem. An non merito Platoni praefertendus: qui, cum etiam sibi de primo gratularetur, adiecit, se diis gratias habere, quod civis esset Atheniensis, ac Socrate magistro usus. *Ex An. Syl. de diis. Alphonf. Beyerlinck supra.*

Conquereretur apud Carolum V. Imperatorem domesticorum quispian, quod cum fure Majestatis obsequio omnem operam impendisset, minus tamen sibi de celebratoris officio provideri, quam ceteram. Ad Carolum, An necis, ait, quo Soli Luna est vicinior, eò minus ab illo accipiat luminis? Significabat autem, id Magnatibus usus venire, ut qui illis officio aut ministerio propinquiores, sint à promotione remotiores. *Ex Chyr. in Orat. de vita Caroli. Idem ibid.*

Hofitimentum, auctore Felfo, beneficii pensatio est, à prisco verbo hostire & reddere, quod est paria referre. Ab eodem hostem dici putat Novius, quod ex aequa causa pugnam suscipiat.

ADRASTUS agens gratias Theleo pro confecta mortuorum sepultura, apud Eurip. in Supplicibus inquit: *Χαριτὴν ἀνθρώπων ἔργων ἡρώδης ἡδὲ Πλάτωνος, ἧδὲ ἀνθρώπων ἀνθρώπων.*

Et gratiam non fenescitem habitum sumus. Generosa officia enim non acceptimus, vos vicissim afficere beneficiis debemus.

Darius Persarum rex moriens per Polystratum Macedonem militem Alexandro victori, ob clementiam in matrem suam, uxorem & liberos, felicia omnia precatus, dextra pignus illi gratitudinis ergo detulit. *Sab. lib. 6. En. 4.*

C Publica matrona Antiochena centi virginum, quae castitatem profitebantur, magistra in divinis laudibus decantandis assidua fuit. Quemadmodum etiam is cœtus assiduis fuit in Deo laudando ac celebrando. *Theod. lib. 5. c. 19.*

AGRIPPA à Claudio Imp. regno Judææ & Samariæ donatus, quamprimum pervenit Hierosolyma, votiva sacrificia persolvit, nihil omittens eorum quae lege praescripta sunt. Unde & multos Nazæros tonderi mandavit: & catenam auream à C. Caesare donatam pondere patrem illi ferè, quae regis manus vinxerat, monumentum adversè fortunæ mutata in prosperam, suspendit in sacratio supra gazophylacium: quae doceret spectatores, & sublimia posse correre, & Deum valere illa erigere denuò. *Iosephus lib. 19. c. 5. Antiq.*

Multifariis & gratiis donis Dei solum suum, & regni sui Boleslaus Poloniæ Rex videns, propitia divinitate firmatum, animum ad religionem resque divinas convertit. Non ignorabat siquidem, ex univertis principibus Poloniæ praecedentibus neminem tanta, quanta se, tulisse trophæa, tantaque divitias, successus felices & gloriam talem, insuper industriad prudentiamque habuisse, qualia, & quanta in se unum collata fuerant. Videbat præterea, principatus sui fulgorem ultra ceteros Reges, & nationes magnificentum esse. Quare volens de amplissimis beneficiis Dei gratum se ostendere, & illis aliquanta vicissitudine respondere, Ecclesiis tam cathedralibus, quam inferioribus, à genitore suo Duce Miceaslao erectis ac fundatis, oppida, villas, ac prædia, ampliori illarum stabilimento & dote, munificè & largiter tribuit & donavit, pluresque parochiales in villis vicique, quae sub suo & patris sui tempore erecta fuerant, construxit, & fundavit, valisque aureis, & argenteis in ministerium, & cultum divinum necessariis, Ecclesiis singulas, sed praesertim cathedrales adeò ornavit, locupletavitque, ut liberalitatem suam in Ecclesiis Dei abundè effusam multa secula testentur. Decimarum autem manipularium pro ecclesiis, ac ministris Dei, univertis principibus suo Imperio subiectis, solutionem nullatenus passus aut varietate aliqua dimittit, aut in dubium aliquatenus revocari: sed mandavit de crevitque illam esse perpetuam & perennem, varia ultionis divina flagella, filiis, nepotibus, successoribusque suis interminans, si per quempiam illorum praefatarum decimarum contingeret et redditionem intercipi, transmutari vel rescindi.

Longin. Canonis, Cracov. de Reb. Polon. apud Bar. tom. 11. E. a. 10. 20. 27.

CONSTANTINUS MAGNUS Imp. victo Maxentio tyranno, insignis beneficii, quo per signum Crucis affectus à Christo fuerat, memor, multa, eaque ad memoriam illustrata, eximia suae erga illum pietatis edidit documenta. Nam primum columnis excitatis, uti quae inscriptis, salutaris signi virtutem omnibus indicavit, ac media in urbe insigne Crucis trophæum adversus hostes crexit: idque Romanorum, aliorumque omnium Imperio subiectorum esse propugnaculum declaravit. Inde populus omnibus ad Romanum Imperium pertinentibus libertatem quam vellet religionem edicto permisit: atque edicto, & conventus habere concessit. Idque ad Maximum etiam, ut in Oriente proponeret, misit. Episcopos porro ad se accessitios honoribus summis affecit, ac tanquam viros Deo suo factos benigne ac liberaliter appellavit, ac secum ducere, & praesertim Romanum dextrum habere instituit, atque Ecclesiis Dei subsidia opulenta suppeditavit, oratoria alia augens, alia in altum erigens, ac donatorum multitudinem sacraria eorum illustrans, ac varia pecuniarum instrumenta indigentibus praebens. *Euseb. & Niceph. lib. 7. c. 46. Sigonius lib. 3. Imp. occident.*

THEODOSTUS II. Imp. Circenses ludos spectans, nuncium Alparis ducis sui de Joanne tyranno Ravennae capto audiens: statim, ludis, quos spectabat, omisit, in templum ad gratias Deo agendas processit, atque eò quoque univertum populum traduxit. *Sigon. lib. 11. c. 1. Imp. occid.*

ALPHONSUS Aragonis insigni victoria matutino tempore ad Trojam potius, non prius arma deponere, & corporis curam habere voluit, quam gratias Deo pro felici successu egisset. *Lud. Dem. lib. 1. Var. hist. 13. Vide de eodem supra.*

M. MINUTUS magister equitum, cum insolentia lux exercitum in maximum dilerimem contra Annibalem adduxisset, sed Q. Fabii Max. Dilectioris beneficio servatus esset, in castra revertit, situmque errorem falsum, cum signa tolli imperasset, & omnes sequi, cum agmine ad Dilectioris castra proficiscitur. In castris ubi ad praetorium rectè contendit, convertit omnes in admirationem & stuporem. Ante progessum Fabium, constitutus signis, parentem ipse eum alta voce, exercitus milites ejus patronos appellavit. Silentio facta, Minutus: Geminam victoriam, inquit, obtinuiti, Dictator, hodierno die: virtute de hostibus, consilio & humanitate de collegis: illa nos servasti, hac erudivisti: nosque cum turpiter esse ab Annibale superati, honestè sumus abs te & salubriter victi. Quo re quando nomen venerabilis non habeo, mirent me tantum parentem: cum tamen beneficium mihi abs te hoc quam à parente majus extiterit. Illi enim vitam solus, tibi cum meam vitam, tum omnium horum debeo. Secundum hoc amplexus Fabium & osculatus est. Idem erat cerneret per totum exercitum: nam complexu sese mutuo & osculo exceperunt: unde in laetitiam tota castra effusa, ut patè quoad omnibus lacrymae manarent. *Plut. in Fabio.*

Catulli elegans est epigramma, quo Ciceroni patrono gratias agit, dignum quod hic adscribitur: *Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt quotque fuerunt, Marce Tulli, Et quot post alii erant in annis, Gratias tibi maximas Catullus Agit pessimus omnium poeta, Tanto pessimus omnium poeta, Quanto tu optimus omnium patronus.*

BALDVINUS Hierosolymorum Rex cum Admiratum Turcorum in Arabia praelio superasset, captam illius conjungem cum aliis multis (quia vicino partu graviter habentem vir in itinere reliquerat) in optimo lecto tenentis circumfessit: servus quoque atque alia omnia necessaria adiutum, insuper pro stragula veste, cujus eo in loco copia nulla erat, chlamyde sua cooperuit, atque Admirato eam illeto pudore restituit. Contigit postea Balduino, ut à Turcis ac vicibus, in urbem Rhammam immunitam se reciperet. Ad eum ergo idem Admiratus noctu profectus, plus accepti beneficii, quam ob religionis diversitatem, odii, aut etiam praedæ, quam sperare possit, memor, periculi imminens magnitudinem aperuit: Postridem enim mane Turcas imperum facere in eum constituisse. Si se sequeretur, incolumem se servaturum eum promissit: & promissis se ipsa satisfecit. *Bapt. Pulgof. & Egnat. lib. 5. c. 2.*

NON

A NON AGERE GRATIAS.

GRATITUDO NULLA.

L. PAULUS Aemilius candidatus iterum consulari honore dejectus est. Quem ut bello Macedonico, quod cum Perseo gereretur, datum imperitia & ignavia extracto, consulem creaverunt, gratiam eius negavit se habere. Neque enim, quod ipse honorem requireret, sed quod illi imperatorem, mandatum sibi magistratum. *Plur. in apoph.*

* APOTHEGMATA.

BYTON, Atheniensis ob res feliciter gestas ipsum admittantibus, ac praedicantibus, quod Cœlyn regem interemisset: Diis, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus hoc facinus praclare gestum est: nam ipse nihil aliud, quam manum & operam meam commodavi. Eventus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit. Sed interim vult nostram operam accedere. *Erasm. lib. 6. apoph. ex Plur.*

B. PLEACISSA Theodosii Romanorum Imperatoris uxor, quum videret maritum à pietatis verique religionis studio alienum magis esse, quam Imperatorem deceret, subsidie ad eum dixisse fertur: Considerare te oportet, suavissime conjux, quis antea fueris, & in quem locum te exererit universalitatis hujus Deus. Si enim perpetuum ejus tibi obtinueris memoriam, non prosus te ob accepta beneficia erga eum ingratum praestabis: sed ex praescripto legum Dei, quod ab eo accepisti, gubernabis imperium: & ita eum, qui tibi, ut fidei ministro, commisit, rite colas. *Niceph. Callist. lib. 12. c. 42.*

CYRILUS dicere solebat, Beneficii dati oblivisci decet, accepti meminisse: fuge hominum contra facit. Si quid cui beneficentur, sine fine praedicant, sineque modo exaggerant: si quid in ipsos collocatum fuerit officii, mox obliviscuntur, aut dissimulant, aut elevant. *Laert. lib. 10. c. 4.*

DIODORUS, acceptis paucis nummis à Diopimo Carysio homine sibi amicitissimo, cum non haberet, unde munus tam amplum rependere posset, ad Diotimum dixisse fertur: Dii tibi largiantur tantum, quantum animo tuo cogitas & cupis. *Eliau. de var. hist.*

C. DEMOCRITUS, dum quandam ad gratificandum aliis studiosissimum, vicissim nihilominus, videret compensationem accipere: Ohe, inquit, qui beneficia perdidit: num te non pudet Gratias questus gratia profuturæ, quae virgines esse dicuntur? *Stob. Idem dicere solebat: Si facultas adest aliis gratificandi, ne differas: nostri enim, quam mutabilis sit rerum omnium status. Idem.*

SIMONIDAS, rogante quodam, ut sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum, inquirente, argentum autem non dante: Duas, respondit, areas donii habeo, unam gratiarum, alteram argenti: & arcae necessitas erigit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio, alteram verò solum mihi commodam. *Stob. ferm. de injuria.*

Hipparcho Eboico vita dekincto, Philippus pater se ferebat, quam illius mortem acerbe ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare, dicentique: Attamen ille tempertivè decessit, jam natu grandis: Sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempertivè decessit: sed mihi praepropere. Mors enim illum anticipavit, priusquam à me beneficium acceperit, nostra dignum amicitia. Perquam rarum est, Principem sentire gratiarum affectus, sed amicis plerique non aliter quam equis utuntur. Dum usui sunt, curant, in utiles factos abiciunt, eosque spoliati citius, quam beneficio juvant. *Plur.*

VETERANUS quidam, cum vocatus in jus perlicaretur, adit in publico Caesarem Augustum, rogans, ut sibi vellet adesse. Caesar è comitatu suo se lectum illic dedit, eique ligatorem commendavit. Hic miles vociferans: At non ego, Caesar, perlicante te Actiaco bello, quinquaginta quatuor, sed pro te ipse pugnavi, simulque detexi cicatrices. Erubuit Caesar, atque ipse descendit in advocacionem, veritus, ne non modo superbus, verum etiam ingratus videretur. *Eras. lib. 4. apoph. ex Svet.*

GRATIARUM ACTIO.

Post sumptum Cibum.

Ufus apud Christianos obtinuit, quem olim semper in fideli populo fuisse omnino est probable, ut ante, & post cibum agantur gratiae illius largitori Deo. Ad quod propositum S. Patres adducunt illud Moysis, *Deut. c. 10.* Quom manducaveris, & biberis, & impleveris te, memento Domini Dei tui. *L. B. T. theat. vit. Human. Tom. 111.*

CHRISTUS satiaturus quinque hominum millia duobus piscibus & quinque panibus, conjecit in caelum oculis, primum gratias egit, eosque benedixit, & tum demum porrexit: *Matth. 14.* Quod ideo fecit, ait S. Basilus, ut doceret non esse ad mensam accedendum, quovis gratias ei agamus, qui cibum nobis praebuit.

S. Chrysof. hom. 56. in Matt. recitat formulam gratiarum, quam monachi observant in eremo: benedixit Deus qui me pascis à juventute mea, qui omni carni cibum praebes, reple letitia & gaudio corda nostra, &c.

PAULUS Apostolus frequenter etiam ad hoc hortatur, dicens ob id cibos à Deo creatos, ut cum gratiarum actione percipiatur.

S. quoque Ephraem adhortatur suos, ut licet bis de die ad comedendum tradant, semper tamen cibum cum gratiarum actione sumerent. *Tom. 2. adhortat. 1.*

Quin etiam Apostoli cum Christo sumpta caena legali & Eucharistica, hymnum dixerunt, exuentes in montem oliveti: unde discas, inquit S. Hilar. in Marci c. 14. & ante cibum, & post cibum gratias referre Deo.

Quippe, Apostolo Paulato, Omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sanctificatur autem, ait S. Chrysof. facta benedictione in nomine Dei, per signum Crucis impressum. *Hom. 12. in 1. ad Timoth.* Quanta autem hujus gratiarum actionis fit vis, docet S. Chryf. hom. 79. ad pop. Mens, inquit, ab oratione sumens initium, & in orationem definitur, nunquam deficiat, sed fonte largius omnia nobis adferens, &c.

Terrull. denique vetus auctor, de hac pietate suo etiam tempore usitata scribit, dicens: Non prius discumbitur, quam ad Deum oratio praegrutur. Aequè oratio convivium dirimit. Ita saturantur, uti meminerint etiam pro noctem adorandum Deum, c. 39. Apologet.

Petatur pleraque ex Titulo de Benedictione.

Certam verò benedicendi cibum, & gratias agendi formulam eo sumpto, praescribit *Breviarium & Rituale Romanum*: eamque ab omnibus clericis observari suadet. Quin ferunt Germanis aliquando concessas à Bonifacio quodam Rom. Pont. Indulgentias, quando post actas gratias biberent, ut hac ratione ad eas dicendas invitarentur, qui aliquo in abique illa reverentia, & beneficiorum divinatorum recordatione, exempta epulis fame, à mensa procurerant; quod Christiano homine indignum est.

GRATITUDO IN GENERE POLITICA.

Aegyptii extra quam sit gentium aliarum captus, erga bene meritos praecipue grati sunt, quod magnum vitæ subsidium opinentur gratiae retributionem. Itaque non diis tantum, non hominibus, sed brutis quoque animalibus gratitudinem pro beneficiis acceptis ostendere voluerunt. *Diodorus Siculus.*

ALEXANDER Magnus praedicare solebat, à nemine se unquam benignitate fuisse exuperatum. *Calvus lib. 7. c. 28. Antiquarum Let.*

PYRRHUS rex Epirotarum ad familiares humanum atque filialis, acris & promptus ad rependam gratiam. Itaque Eriopi mortem tulit acerbe: atque illi dixit humanum casum accidisse: se ipsum verò reprehendit culpavique, quod assidue protrahendo & cunctando, non restituit ei gratiam: quippe, si alium vel heredibus diluvas, licet creditorum beneficentia, nisi repensae vivis, torquent bonum & rectum virum. *Plur. in Pyrrho.*

ALPHONSUS Aragonum & Siciliae rex, à nemine unquam gratitudine & officio se vinci passus est. *Panorm. lib. 1. de Diis. & fact. Alphonf.*

GRATITUDO PRO VARIIS BONIS,

Beneficiis, donis in nos nostrae collatis, quae Animo profuturum.

GRATI PRO ERUDITIONE, ET INSTITUTIONE THEORICA.

Consule Tit. Fides discipulorum erga Praeceptores: Hic Meriti habetur ratio. Si Fidem datam, si Officium consuleres, ad Fidem & Officium quoque Distributionem pertinebant.

Kkk Regina

A Regina Saba dedit regi Salomoni centum viginti talenta aurum, aromata multa, & gemmas preciosas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quae voluit, & quae petivit ab illis, exceptis his, quae ultro obtulerat ei munere regio. 3. Reg. 10.

CLOPOVUS rex, ad Christi fidem à D. Remigio Episcopo Rhenensium convertis, tantum agri Rhenensis ei concessit, quantum interitum dormiente rege circumire posset. Ejus autem agri infamitatem pauperibus distribuebat. *Hincmarus in vita Remigii.*

INTERPRETATIONE.

PTOLEMAEUS PHILADELPHI 72. interpretes Hierosolyma vocatos in maximo precio habuit, honestissime tractavit, maximeque ornatos numeribus domum remisit. *Iosephus lib. 12. c. 2. Antiquitatum.*

Hermodoro Ephesio in comitio, legum, quas Decemviri Rom. Athenis petitas scribebant, interpreti, publice dicata fuit statua. *Plin. lib. 34. c. 5.*

VATICINIO, PRÆSAGIO, PRÆDICTI-ONE QUALICUNQUE.

B Gratitudinem hic erga vates pro beneficio accepto confideramus, Sin Virtuti primum merentis praesentia perpendantur, ad Distributionem Officiorum pertinent.

PHARAO rex Aegypti. Ioseph, pro eo quod somnium illi interpretatus fuerat, domus sui gubernatorem constituit, & annona Aegyptiorum praefecit, sibi quoque excepto folio regio aquavit. Annulum de sua detractum manu Ioseph manu induit, bysina veste ornavit, collo torquem aureum aptavit, & curru imponens, ut ante eum proclamaretur, Genua floctite, volute: Saphira opancea, id est, reperiens occultorum nomen indidit, & Aenatham Putiphare pontificis Heliopolitani filiam in matrimonium ei dedit. *Genesis 41.*

CYRUS major, quod in Esajae libris, 200. ante & decem annis editis, nomen suum dilecti positum invenit (Prophetae carmen extat inter ejus libros c. 44. & 55. Volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem constitui, populum meum ad propria remittere, ibique mihi templum iterum sacricari) propheticam praedictione latatus, edicto testatus est, se Judaeos in patriam remittere, ut Deo templum restituerent, ejus providentia multo prius, quam nasceretur, fuisset rex constitutus. *Sab. lib. 7. c. 1. ex 1. Esajae 1. & 3. Esajae 2. & Ioseph. lib. 11. c. 1. Antiq.*

ALEXANDER Macedo, cum Hierosolymis esset, Danielis propheta multo ante defuncti oraculo cognito, fore ut rex Graeciae Persarum olim opes everteret: certa spe victoriae ex ea re percepta, Iadum & caeteros sacerdotes, per quos fatidicum carmen cognovit, amplissimis donavit numeribus: ipsi civitati permisit, ut suis uteretur legibus, tributumque in septem annos remisit. *Ibidem.*

Cum Daniel Nabuchodonosori regi somnium, quod nemo alius Chaldaeorum vel divinare, vel explicare poterat, divinitus revelatum declarasset: rex pronus Daniele accidit, & ferrum cum odoribus ei libari iussit, Deumque illius omnium deorum maximum confessus, multis magnisque numeribus donatum, aulae suae praefecit, ejusque focus regionis praedictus commisit. *Dan. 2.*

ESSENTIS HERODES, Antipatri F. Judaeorum rex, honorem summum semper habuit, propter Manahemi praesagium, qui eum adhuc puerum ludum literarium frequentantem, regem Judaeorum salutavit, & quale ejus regnum futurum esset, praedixit. *Ioseph. lib. 15. c. 13.*

Cum Populus Rom. pestilentia laboraret, effectusque responsi id accidere, quod dii despicerentur: anxia urbs fuit, quia non intelligeret oraculum. Evenit autem, ut Circensium die, puer de coenaculo pompam supernè despiceret, & patri referret, quo ordine secerat facrum in arca pilenti imposta vidisset. Qui cum rem gestam Senatui nunciasset, placuit velari loca ea, quae pompa veheretur: atque ita peste sedata, puer qui ambiguitatem sortis absolverat, togæ & praetextae utrum, minus impetravit. *Macrobi. lib. 1. Saturn. c. 6.*

VEPASIANUS ab exercitu Orientis Imp. electus, recordatus signa (multa enim sibi contigerant Imperium praemonstrantia) & Iosephi dicta, quibus cum Nerone vivo ausus fuerat appellare Imperatorem, admiratur virum quem adhuc habebat in vinculis: advocatoque Mutiano cum amicis & rectoribus aliis, primum quam strenuus fuisset Iosephus, quantumque Jotapatensis expugnandis propter eum laborasset, exponit: de-

inde vaticinationes ejus, quae ipse quidem timoris causa suspicarentur esse figmenta: tempus autem divinas fuisse, & rerum exitus probavissent. Tumque in honorem ejus, ait, ut qui sibi augurasset Imperium, vocique Dei minister ac nuncius extitisset, adhuc captivi loco haberetur, fortunamque sustineret adversam: vocatumque ad se Iosephum folvi jubet. Hoc autem facto, alii quidem redtores ex ea gratia, quam alienigena retulisset, praedicta etiam de se sperandi esse arbitrabantur. Titus vero, qui cum patre aderat: Justum est, inquit, pater, unâ cum ferro, etiam probo Iosephum solvi: erit enim, tanquam nec initio vincitum sit, si non dissolverimus, sed incidimus catenas: Nam id agi solet in his qui non rectè fuerint vinciti. Eadem Vespasiano placebant. Et quidam interveniens secute catenas abruptit. Ioseph quidem pro his quae praedixerat, praemio fame donatus, & de futuris jam dignus cui credendum esset, habitus est. *Ioseph. lib. 5. c. 12. Bel. Jud.*

DIONYSIUS Syracusanus Helicorum Cyczenum talento donavit, quod Solis deliquim praedixisset. *Plut. in Dione.*

ARMENIUS quidam vaticinatus est gloriam Mahometi per universum orbem propagandam. Propter hunc vaticinium Turci nulla ab Armenis mancipia abducunt. *Chalcom. lib. 3.*

MECHANICA INSTITUTIONE.

Scribit *Apoll. Argonaut. 4.* Jalonem, quem in Illyricum apulisset, ut ab Hyleis navigandi rationem edoceret, dono illis dedisse tripodam, cujus hoc fuerit factum, ubi quocumque foret, civitatem nunquam hostibus cessuram in praedam. *Cal. lib. 8. c. 15. Antiq. Let.*

INSTITUTIONE PRACTICA.

Duodecim sunt Persarum tribus. In quacunque autem tribu quamplurimum fuerint viri summa perita, fortitudine, fide, ejus non praesens modo praefectus à civibus laudatur, honoreque afficitur, sed etiam ille, qui eos, dum adhuc pueri essent, instituit. *Xenophon. de Instit. Cyri. lib. 1.*

CYRUS contra Alyveng Medum victoria potitus, mulierum aliu, quae detectis pudendis fugientibus occurrent, lege cavet, ut ubi primum Persarum rex urbem ingrederetur, mulieres, quotquot adessent, singulos auri numos ad se acciperent. Sed Ochus rex cum vitis aliis, tum avaritia praeter ceteris insignis, urbem saepius circumvectus, nunquam eandem inire voluit: ne mulieribus congarium moribus receptum impetiret. At Macedo Alexander bis eam civitatem ingressus, toties quoque mulieribus erogari numos iussit: nec contentus, praegnantibus duplicati munus imperavit. *Plut. de Virt. mul.*

CONSILIO BONO.

PHINEUS rex Bithiniae, ex Cleopatra Boreae filios sustulit, eaque repudiata, aliam peperit uxorem, cujus consilio filios interfecit. Jupiter iratus, optionem ei dedit, ut vel moretetur, vel excacaretur: excacitatem ille elegit. Sol iratus, quod minus malum luminis sui orbitatem morte judicasset, harypas aves rapacissimas ei immisit, quae cibos illius fecerant atque raperent. Has postea ex Argonautarum numero Calais & Zethus Boreae filii abegerunt, eò quod Phineus Argonautis rationem ostendisset Symplegadam evitandarum. Nam cum interrogasset Argonautas, Quanta celeritate Argo navis ferretur: & illi respondissent, Quanta columba volat: iussit in medias Symplegades columbam immitti: quod si illa non comprehenderet à coentibus scopulis, neque Argo periclitaturam. Columba immissa, cauda sola fuit laesa. Sic & Argo sublecata, extrema puppi tantum contracta evasit. *Eustathius Odyss. 10. At Diod. lib. 4. oculum scribit Phineum.*

ARBACES Mediae praefectus, gratitudinis ergo Belesum magnum, regni Medorum post Sardanapali interitum occupandi consiliarium, Babylonis praefectum declaravit. *Sab. lib. 2. Ennead. 2. ex Diodoro.*

DARIUS COEN MYLENArum, pro eò quod consilium dederat tatis in Ilro non solvenda: (quae res unica Dario saltem peperit, ne à Seythis circumventus tradideretur) in Persiam revertis, Mylenarum tyrannum constituit. *Herodotus lib. 5.*

CLAUDIUS IMP. Judaeis immunitatem concessit patriis vivendi moribus, ademptam illis ante per Caligulam: idque in gratiam Agrippae regis, qui Claudium à praetorianis electum, Senatus tamen auctoritate motum, de cedenda eidem potestate dubitantem, confirmavit, & ut oblatum principatum conservaret, admoventur. Claudius igitur Agrippam, praeter ea quae jam à Cajo obtinuerat, Judaeae & Samariae regem constituit. *Ioseph. lib. 19. c. 3. & 4.*

NUNCIO FELICI.

ÆSCHINES Atheniensis orator, mirum in modum favens Philippo contra regem Persarum, incredibili celeritate victoriam Atheniensium contra Beotos nuncios, coronam publicè meruit. *Voluterranus lib. 13. c. 3. Anthropologia, ex Philostrati Sophistis.*

Cum Graci, qui ad Salamina classem habebant contra Xerxem, fugam meditarentur, advenit tritremis transfuga viro- rum Teniorum, cui praerat Panatius Sofimemis, quae classem ipsorum à Persis circumdatam certò tenuit. Cujus facti nomine, Tenii in tripodè, qui Delphis dedicatus est, inter eos qui Barbarum debellarunt, scripti fuere. *Herod. lib. 8.*

Lacedaemonios perhibet ei, qui victoriam Mantiniam attulerat, praemio carnes ex convivio misisse. *Plut. de Gloria Athen.*

Galba Icelus fuit libertus, qui septimo die, ut Plutarchus scribit, ex urbe in Hispaniam navigavit, & Neroneum occidit, quoniam in Hiemipie mortuum vidisset, & Galbam Romae Imperatorem appellatum. Quibus ille laetus nuncios, Icelum auri annulis donatum, equestri nomine Martianum vocavit, deposite quoque legati nomine, Caesaris appellationem recepit. *Sab. lib. 1. Em. 7.*

RODOLPHUS comes Habsburgensis, ann. Christi 1273, Basilicam Rauracorum obsidebat, ut Stellierorum factionem (qui à Pflaticis urbe ejecti erant) reduceret. Eum Germani principes posthinc minus cogitantem Francofurti Calend. Octobris unanimi consensu, propter insignem virtutem ac pietatem (urgente illi maxime Moguntino Episcopo, quem olim Romanum proficiscentem in itinere comitatus, incolument duxerat ac reduxerat) in regem Romanorum elegerunt. Electionis literas Basilicenses Moguntini Episcopi opera adepti, Rodolpho offerunt. Is felici nuncio ergo urbem obsidione liberat. Eius rei fidem facit statua, quae adhuc Basilicæ extat prope interiore portam D. Joannis, in Bursa Leonina olim dicta: Rodolphus chlamydata sedet, sinistra sceptrum, dextra literas tenens. *Stumpsius.*

INDICIO, PRODITIONE QUALICUNQUE.

Posteri Ioseph, cum Bethel explosarent, hominem quandam conficatum ex oppido egredientem, iusserunt, ut sibi oppidi ingressum ostenderet, sese ejus miseretur: Paruit ille. Itaque oppido capto, eum cum tota sua cognatione incolument dimiserunt. Is in terram Hethaerorum profectus, oppidum aedificavit, Luzamque nuncupavit: sic enim Bethel prius vocabatur. *Judic. c. 1.*

DAVID rex, Jonathan opera sequens servatus (erat filius Jonathan Saul regis, quo nullus unquam hominum fuit David infector) posteaquam regno potitus est, Saul & ejus filio Isoboth mortuus, quaesivit à Siba servo domestico Saul, Num quis ex genere Saul superesset, cui propter Jonathanem Saul F. summum suum amicum benefecerat: Siba indicavit ei, superesse Mephobothem Jonathanem F. Eum ergo rex accepit, & omnes agros Saul aurei dono dedit, eumque ad mensam suam semper cibum capere voluit. Siba quinetiam praecipit, ut cum suis filiis 15, & servis 20. agros eos coleret, & fructus D. omnes Michæ Mephoboth F. ad victum conferret. 2. Regum 9.

Cum Bagathan & Chares eunucho conspirassent contra Artaxerxem Persarum regem, Barnabazus alterius servus, genere Judaeus, deprehensus, infidias Mardochoo Judaeo patri reginae Ender indicavit. Mardochoas pro ipsam regi infidiatorem prodidit. Rex eo territus, veritatem per quaestiones invenit: & illis in cruce suffixis, Mardochoo tunc quidem pro salute sua, qui ei debebat, praemii nihil perfolvit, tantum nomen ejus in commentarios suos referri iussit & annotari: ipsum vero versari in regia, receptum inter amicos regis necessarios. *Ester. 2. & Iosephus lib. 11. cap. 6.* At post cum quadam nocte insonnis esset, nolens vigilare tempus perdere, iussit, scribam allatis commentariis res tam à se, quam à majoribus gestas legere. Quo legente, intellexit quendam ob rem egregie gestam donatum amplis possessionibus, in regione ejus nomen adscriptum: alium ob fidem munera accepisse pretii maximi. Tandem ventum est ad eum locum, qui continebat Bagathan & Tharis eunuchorum conjurationem, Mardochoi Judaei detectam indicio. *L. B. T. beat. Vitae Human. Tom. III.*

Quo lecto, cum nullum adhuc ei praemium redditum cognovisset, mandavit, ut viderent, quinam amicum adesset praer palatii foribus, sibi que renunciant. Fortè autem Aman Amalechita aderat, regis summus amicus, qui solito citius venerat, rogaturus Mardochoai supplicium, infensus ei, quod se non adoraret. Jussit ergo eum intro vocari, petique, ut sibi daret consilium, quomodo posset honorare quemdam sibi admodum charum hominem. Tum Aman cogitans, quancunque sententiam protulisset, in rem suam fore, quod ipse praer ceteris regi charus esset; indicavit ei, quod putabat optimum, his verbis: Si vis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare insigni gloria, fac, ut equo vehatur, vestibus sicut tu, & aureo torque ornatus: & unus aliquis ex intimis tuis amicis praconis specie praecedat, clamans per totam urbem, quod hic honorabitur, quem rex honorare voluerit. Rex laetus: Ergo, inquit, vade, & sumpto equo, veste ac torque, Mardochoam Judaeum quaere, & sic ornatum equo insidentem ipse praecedat, agens praconem interim; nam tum amicus es intimus, & consilium quod dedisti, exequeris optime; debetur enim honor hic tuae vitae conservatori. *Ester. 6. & Iosephus lib. 11. c. 6. Antiq.*

Fabulam quandam attigit Nicander in Thericis, quae apud antiquos circumferebatur, quod ingrati homines, ad quos ignem Prometheus detulerat, furum Promethei Jovi indicantur. Pro qua accusatione praemium perpetuam juventutem à Jove impetrantur. Hanc cum aello citrellario imposuissent, amsique gravi fiti in itinere laboraret, ad fontem quandam pervenit, ubi serpens, ne ad aquam accederet, prohibuit, nisi prius pacto pretio. Tum vero pactus est amsus, se quodcumque haberet esse daturum, ne fiti periret. Inde senectutem exiunt, quotannis serpentes, ac fiunt juvenes. *Natal. Comes Myriob. lib. 4. c. 6.*

CERES Triptolemo & Eubuleo, Dysaulis Atheniensis filius, eò quod ex illis primum filiae raptum cognovisset, magni muneris loco, frumenta ferendi rationem tradidit. *Panjan. in Atticis.*

Rapta Helena à Thefeo, Tyndaride fratres repetierunt per legatos fororem. Cum respondissent cives, neque penes se esse illam, neque ubi esset relicta, se scire: ad bellum conversi sunt. G. Verum aperuit eis Academicus, Aphiduae eam abdi. Unde cum illi honores vivo habiti sunt à Tyndaridis, tum Lacedaemonii, qui saepius postmodum incurfaverunt Atticam, univerfoque fines perpopulati sunt, Academia abstinuerunt, Academi causa. *Plut. in Thefeo.*

Cum olim ad investigandam Helenam à Thefeo raptam Tyndaride cum magnis copiis oram Atticam invasisent, & populos à sedibus suis eiecissent, ignati, quoniam loci subducta Helena esset: tunc Decelenses (sic tribus quaedam apud Athenienses vocatur) feruntur, & ut quidam volunt, ipse Decelues, tum dolore damni, quod Thefeo fieret: tum metu totius Atheniensium soli, ne vastaretur, exposuisse illis omnem rem gestam, eoque deduxisse Aphidnas, quas Tiracus indigena Tyndaride proderet. Quo ex facto Decelensibus permansit in Sparta immunitas veftigialium, & dignitas praesidendi: adeo quidem, ut bello, quod multis postea annis inter Athenienses & Peloponneses gestum est, Lacedaemonii, cum caeteram Atticam popularentur, à Decela sibi temperaverint. *Herod. lib. 9.*

LYCURGUS in oratione contra Leocratem scribit Athenienses post Codri regis interitum, qui de bello Peloponnesico pro patria devoverat, Cleomanti Delpho postoriseque ejus perpetuum in Pyraeo victum decrevisse publicum, quod eorum sibi oraculum, unde victoriam illam de Doribus pepererant, indicasset.

Delecta Aquilonum proditione, eaque punita, P. Val. Poplicola de Vindicio servo Aquilonum, qui cum dederat, nulli ad populum, ut primus ille libertus civitate donaretur, & suffragium, in qua vellet, adscriptus tribu ferret. Eius libertis serò diuque post per ambitionem popularem Aufurii suffragii ferendi jus dedit. Atque ex hujus nomine Vindici, qui solida libertate fuit donatus, dicitur vindicta maumissus. *Plut. in Poplicola.*

C. Fabricio consili quidam epistolam in castra attulit, quam regis medicus scripserat, offerens, si praemium sibi, quod bellum citra ullum discrimen sustulisset, ostenderetur à Romanis, veneno se regem Pyrrhum necaturum. Cujus scelus Fabricius averfatus, per literas Pyrrhum monuit, ut caveret infidias. *Kkk 2 Pyrrhus*

A Pyrrhus perfecta epistola, deprehensisque infidiis, medicum afficit supplicio, Fabricio & pop. Rom. gratie referendae causa gratis captivos donavit, ac Cineam ex integro ad pacem sibi peragendam misit. Enim vero pop. Rom. nec in gratie partem, nec in mercedis, quod in seclis in ipsum committendam non consensisset, illos recipere sustinuit gratitudo: sed totidem Tarentinos & Samnites ac liberos remisit. Pacis autem & amicitiae non prius admittit mentionem, quam cum armis exercitum navibus, quas adduxerat, imposuisset, atque in Epirum abfessisset. *Plut. in Pyrrho, Gell. lib. 3. c. 8. Cicer. 1. Officior.*

Hipala Fecenia & Eburio, ob indicatam Bacchanaliorum factorum turpitudinem, praemia data fuerunt a Rom. singulis centena milia aris ex publico. Additum, ut Hipala ingenue miteret, nec fortuna, aut quod quaestum corpore fecisset, apud virum noxae illi esset, nec apud quaestum, quod ipsius indicio fuisset in plures animadvertum: ut Eburio emerita stipendia essent, nec in viuis militaret. *Sen. lib. 7. Em. 5.*

Atrena Volcorum urbe a Rom. capta, arx, quod se plurimi receperant, aliquot dies circumfessa, servi cujusdam proditio occupata est. Proditori prae libertatem duarum familiarum bona in praemium a Rom. data. Ipse Servius Romanus vocatus. *Sab. lib. 7. En. 3.*

Latini post cladem ad Regillum lacum acceptam non solum arma, sed eos quoque qui se ad ea recipienda horrentur, vehementer oderant: eaque ita efficit, ut Volcorum legatos injectis vinculis Romam, cum indicio eorum quae a Volcis parentur, ad Consules, & Senatuum miserint. Id adeo fuit Rom. gratum, ut captivorum sex milia ad Regillum lacum capta, Latini nominis urbibus miserint: ac tum deum de fœdere cum ipsa gente renovandum, quod ad id tempus fuerat negatum, ut Livius ait, ad magistratus rejecerint. *Sabell. lib. 8. Em. 2.*

CAIUS AGRIPPA, ob indicatam Herodis Antipae defectionem, Tetrarchiam ejus donat. *Josephus.*

Antonia in magno honore habita est apud Tiberium, vel propter astititatem, quod Drusi fratris uxor fuerat: vel propter continentiam, quod florente etiam tum aetate vidua recularit alteras nuptias, licet hortante Augusto ad iterandum conjugium: in eoque vitæ genere omnem caverit infamiam. Huic accedebat privatae beneficium, quo maxime devinxerat hominem. Cum enim res novas contra eum moliretur Sejanus amicum unum, vir valde potens propter praefecturam praetorianorum militum, conspicantibus multis senatoribus, & liberis Caesaris, & viris militaribus, tantum illi constatum erat periculum, ut minimum, quin opprimeretur, abfuerit. At Antonia quam primum intellexit infidias compositas in principem, rem totam et perspicuit accuratissime, tradiditque literis Palanti ferorum suorum fœdissimo, misit eum Capreas ad Tiberium. Quibus ille cognitis, Sejanum occidit, & socios consilii: Antonia quoque jam ante habitae in pretio, majorem etiam in posterum fidem habuit per omnia. *Joseph. lib. 18. c. 8. Antia.*

L. ORIO pater Sylvii Othonis Imp. in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex paenitentia praepositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punivit. Quo facto sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperavit, detecta equitis Rom. fraude, quem prodeuntibus servis necem Claudio parere compererat. Namque & Senatus honore rarissimo, statua in palatio posita, profectus est eum: & Claudius allectum inter patris collaudans amplissimis verbis, haec quoque adjecit: Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem. *Suet.*

Dux Venetorum Marinus Falernus tyrannidem affectans, Beltrandum quandam conspirationis comitem adficerat, sexagintaque plebeis hominibus praefecerat: qui praescripta die in curiam venientes, campani aris sonitu coacti, patricios omnes necarent. Beltrandus, pridie quam res pararetur, ad Nicolaum Leonem patricium & compatrem suum hoc facinus detulit, sive penitentia, sive spe majoris praemii. Leo diligentius Beltrando domi assertato, aliquot sanguinis patricii viros in privatam aedem cogit: requie placidate facta, per indicem Decemvirum consilium vocat noctu. Rei consilii supplicio statim affecti, summa luce dux convictus sceleris, dignitate primum est privatus, mox & cervicis illi abscissa. Veneti Beltrando indicium primum veniam tribunt: inde donec vixerit, milleis aureis annis donant, ad eum illi Marini Faletri Ducis ad Apostolorum sanum dono dant, & (quod amplissimum erat) cum suis haeredibus in patriam ordinem est aditus. Ceterum dum quadam animi pervicacia, fastuque patres ut ingratos passim accusaret, sepe admonitus, ut ab incepto desisteret, in exilium relegatur. Qui dum locum non servat pra-

scriptum, Illyriamque frequentius oberrat, tandem interfectus oblit. *Egnat. lib. 3. c. 4. Exemp.*

ALBERGERTUS Curtius Patavinus, cujus majores bis a Carrariensibus principibus spoliarati fuerant, Marcellus Carrariensis, Francisci F. conatum de recuperando principatu cum conjugatis suscepit primus Venetis detexit, anno MCCC. XXXV. eoque nomine immunitate vœgicalium perpetua donatus. *Bern. Scard. lib. 5. classe 13. Pat. hist.*

PRO PUDORIS DEFENSIONE.

ARISTOMENES Messenius, victis Lacedaemoniis, & quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quae vocabantur Hyacinthina, rapuit de choris ludantium virgines quindecim, & tota nocte gradu concito fugiens, excessit de finibus Spartanorum. Quumque eas comites vellent violare, monuit, quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parentes interfecit, ceteris metu coercitis. Redempta postea a cognatis Puellae, cum Aristomenem viderent cadis rure fieri, tandem ad patriam non sunt reversae, quamdiu iudicum advocatae genibus, defensorum pudicitiae vae cernerent absolutum. *P. Lud. Vives de Christ. fem. lib. 1. ex Pausanias in Mess.*

GRATITUDO PRO BENEFICIIIS

collatis, quae Corpori profuerant.

Grati pro

EDUCATIONE, NUTRICATIONE.

Grati Alumni erga Nutrices, Altores.

¶ *Consule Tit. Fidei erga parentes: quae continet pericula parentibus propter educationem debita: Item Tit. Mirabiliter conservati.*

CYRUS quamvis se Cambysis Persiae & Mandanes filiae Astyagis regis Medorum filium esse recivisset, suam tamen altitricem Spacio (Graeci Cyro vocant: unde fabulae initium, quod a cane fuerit nutritus) Mithridatis regis bubulici uxorem in tanto honore semper habuit, ut semper in ejus sermone esset Cyro. *Herod. lib. 1.*

ROMULUS & REMUS cum expositi ad Tiberim essent, & a lupa victum accepissent, ejus beneficium memoros, Lupae simulacrum Romae poluerunt. *Plinius & Livius.*

HENRICUS II. Imp. in literarum studio a teneris educatus in oppido Saxoniae Hildesheim, Episcopatum ibi instituit, donatitque & censibus decoravit. *Cuspin.*

Scotorum pueri altores atque nutrices, eorundemque liberos, haud secus ac parentes germanosque adamant. *Heitor. Beeth. lib. 2.*

ALIMENTIS QUIBUSLIBET.

Cum maxima fecitas omnem ferè orbem praeter Aegyptum pervasisset, ex qua ingens frugum hominumque pernicies secuta est, attulisse ex Aegypto dicunt Erechtheum, propter cognitionem, Atheniensibus frumentum: obque id beneficium eis regem constitutum, qui sumpto regno docuerit eos caeremonias ac mysteria Cereris Eleusine ab Aegyptiis translata. Eam quoque deam tunc Athenas frumenta comportasse dicunt, & serere denud triticum docuisse. *Diod. lib. 1. capite 2.*

Artaxerxi regi Persarum in praetio contra Cyrum fratrem vulnerato, tantum non siti enectus, eunuchus Saribarzanes circumcurans potum investigavit. Quippe erat locus ille sitientis & procul distabat castra. Tandem incidit in unum ex Canis Caribus egenis, qui fordido in utriculo aquam putridam & vitiosam habebat ad octo heminas. Hunc atripit, atque ad regem portat. Cum totum exhaustisset rex, quaesivit de eo, Numne magnam nauseam movisset ei potus? Ille per deos juravit, nec vinum unquam jucundius se potasse, nec aquam vel levissimam & limpidissimam. Itaque si minus ego, inquit, hominem, qui eam tibi dedisti, invenire, ut patrem referam ei gratiam, valeam: deos precor, ut beatum & opulentum efficiam. Post in regno confirmatus, Canium hunc ex obituro & inopere celebrem reddidit & laetum. *Plut. in Artax.*

Haec cum a Suetra rustico volam aequae ex Cyro flumine hausta dono accepisset (nec enim aliud habebat infimae sortis homo, quo patrio more regem honorare posset) ea te cieles- etatus

A Starus rex: Ego, inquit, o homo, grato animo munus tuum accipio, & in preciosisissimis numero. Haec locutus, mandavit spandonium, ut munus in auream phialam reciperent. Mox cum in diversorium venit, misit homini solam Persicam, & phialam auream, & mille Darios, simulque ferentem ea dicere jussit: Visum est regi, ut hoc auro tuum animo oblectes & exhalares, quoniam ipse quoque mentem voluptate affecisti, qui non indonatum in honore moneratum praeterire passus sis: fed quemadmodum necessitas patiebatur, ita sis veneratus. *Aelian. lib. 1. Var. hist.*

Polyb. Megalop. lib. Hist. 12. Cum Philippus, inquit, Persei pater Asiam percurreret, annonaque militibus ejus defecisset, a Magnetibus victum, quia aliunde non habebat, poposcit: a quibus seicus accepit. Quamobrem cum Myuntem postea cepisset, regionem Magneticum sicum causa donavit. *Athen. lib. 3. c. 3.*

SERAPION puer ex Alexandria Aegypti Olymp. cexvii. ad ludos Olympicos profectus, cum summam annuae caritatem esse audivisset, magnum frumenti numerum Elidem supportandam curavit. Egitur tum gratitudinis ergo, tum victoriae. *Plut. in gymasio statum pugilis pueri dedicaverit. Pausan. lib. 6.*

MANIUS MARTIUS, & TREBIUS Aediles, quod in summa caritate frumentum Pop. Rom. in modis affibus dedere, commeatuque invexere, statuas in Capitolio & palatio cum titulis honorum meruere. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 3.*

M. BRUTUS, Dyrrachio Apolloniam contendens, in magnum diticem ex fame citata venit. Nix alta erat: & qui commeatu portabant, nemo sequebatur. Cum igitur ille animo deficeret, & animam ageret, necessarii milites ad muros accurrerunt, panem postulatam ab hostibus, qui illic stationem agebant, quo statim accepto, Brutum rescuerunt. Qua de causa urbe potius, clementer habuit omnes. *Plut. lib. 6. Quaest. lib. 8.*

AGRIPPA MAGNUS Herodis nepos, rex Judaeorum, cum in privata fortuna Roma esset, & eum propter falsas suspiciones Tiberius ceteris ante palatium ad arborem vinciri jussisset, ut inde in carcerem duceretur: in eo loco propter Solis ardorem, animique molestant, magna fit torquebatur. Ea cum praeterirent Thaumastum vidisset, Caji servum, aequae praegredae eas ferentem, oravit, ut bibere se fineret. Quod ille cum amant fecisset, dixit Agrippa, se pro ipsa re gratiam aliquando ei relaturum. Haud multo post igitur Tiberio Cajo in principatu successit: a quo Agrippa, qui in ejus contemptum captus fuerat, liberatus, atque in Judaea rex constitutus fuit: qui tunc a Cajo imperavit, ut ejus precibus Thaumastus liberaretur. Itaque postea suorum numero acceptum, regni procuratorem fecit: innotente testamentum cavuit, ut uxor ac liberi eodem apud se loco Thaumastum retinerent. *Fulg. lib. 5. c. 2. ex Iosephi lib. 8. c. 8. Antia.*

Caesarem dicebat apud C. Jul. Caesarem ex veteranis quidam paulo violentior adversus vicinos suos, & causa premebatur: Tum, Meministi (inquit) Imp. in Hispania talum te torrisse circa Sacronem? Cum Caesarem meminisse se dixisset: Meministi, sub quadam arbore minimum umbræ spargente cum velles residere serventissimo Sole, & esset asperissimus locus, in quo ex rupibus acutis unica illa arbor eruperat, quandam ex commilitonibus penulam suam substravisse: cum dixisset Caesarem, Quid ni meminerim? & quidem fuit confectus, qui impeditus ire ad fontem proximum non poteram, aquae manibus volebam, nisi ille homo fortis ac strenuus aquam mihi in galea sua attulisset. Tum ille: Potes ergo, Imp. agnoscere illum hominem, aut galeam? Caesarem ait, se non posse galeam agnoscere, hominem certe posse: & adjecit, iratus, quod se a cognitione media ad veterem fabulam adduceret: Tu utique non ille es. At reus Merito (inquit) Caesarem, me non agnosco. Nam cum hoc factum est, integer eram: postea ad Mundum in acie oculus mihi effosus fuit, & de capite ejecta & eruta ossa. Nec galeam illam visideres, agnosceres: machata enim Isponia divisa est. Itaque venit Caesarem, illi exhiberi negotium, & agellos, in quibus vicinialis via causa rixae ac litium fuerat, militi suo donavit. *P. Erod. ex Sen. lib. 5. de Benef.*

HOSPITALITATE.

EX S. SCRIPTURA.

Propter hospitalitatem, quam praestiterunt Aegyptii jam olim Israelitis, cum in Aegypto peregrini essent, tertiam progeniem L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.

ab Aegyptiis descendentem in civitatem recipi posse, Doctus est per Moysen affirmat: cum Annonatum & Moabitatum ne decimam quidem progeniem suscipere possent, eo quod hi egressi ex Aegypto nullum hospitalitatis munus exhibuissent.

Cum Josue Judaeorum judex (ex felicitate supra dignitas erat) urbem Hierichorum in potestatem redegerit, & ita a Deo jussus, non urbem solum everterit, sed accolas quoque omnes peremisset: non Rahab Chananaeam feciniam solum, verum omnes quoque alios, quos ipsa domi receperat, incolumes servavit. Milios enim a Josue exploratores, quos rex Hiericho, ut perderet, insectabatur, domi Cananaea texerat, ita ut regis iram evaderent. Neque vero Josue satis duxit Cananaeam servare, & Salomon, uni ex principibus Juda (ex cujus deinde semine Christus ortus est) matrimonio jungere; agros quoque, unde viveret, ac pecuniam largè dedit: quoniam a Deo jussus erat, omnes quos in Hiericho invenisset, occidere; neque enim crimen a se admitti arbitratum est, si, ut in talis re quoque esset, divinum imperium transgressus videretur: in quo non peccasse eum, res ipsa ostendit. Si quidem Deus qui voluntatis suae transgressores graviter castigare solet, in Josue nihil animadvertit. *Fulg. lib. 5. c. 2. ex Ioseph. c. 6.*

SAUL rex, Samuelis propheta a vidua Sareptana hospitio susceptus, cum illa sibi petenti panem, quem unicum habebat, eoque absumpto certam mortem sibi filioque suo inflare videbat, dedisset: a Domino precibus impetravit, ut cadus farinae, & olei lecythus nunquam deficeret, quoad fames gravissima, quae triennium integrum duraverat, cessavit. Filium quinetiam illius parvulum morbo exanimatum viae restituit. *3. Reg. c. 17. Epiphanius Jonam prophetam hunc filium fuisse ait.*

ELIAS THESBITES propheta a vidua Sareptana hospitio susceptus, cum illa sibi petenti panem, quem unicum habebat, eoque absumpto certam mortem sibi filioque suo inflare videbat, dedisset: a Domino precibus impetravit, ut cadus farinae, & olei lecythus nunquam deficeret, quoad fames gravissima, quae triennium integrum duraverat, cessavit. Filium quinetiam illius parvulum morbo exanimatum viae restituit. *3. Reg. c. 17. Epiphanius Jonam prophetam hunc filium fuisse ait.*

DAVID rex moriens, Salomoni F. praecipit, ut Bertellae Galaadite natos in numerum suorum convictorum reciperet, eo quod sibi Abalsonem filium fugientem subvenissent. *3. Reg. cap. 2.*

PAULUS Apostolus Melitensem plurimos, a quibus naufragus cum fociis humaniter exceptus fuerat, a gravissimis liberavit morbis, & inter eos Publii Insularum principis patrem a torminibus. *Act. 28.*

HISTORICA.

NELEUS, cum Herculem hospitio recipere nollet, omnesque ceteri filii pedibus in parentis sententiam irent, solus Nestor non consensit. Hercules autem, cum capta jam civitate, Neleum una cum reliquis filiis interfecisset, tanti beneficii memor, Nestor non solum peperit, verum etiam avitum eregnum gubernandum tradidit. Unde etiam Atheniensis publicè gratiam Herculis posteris retulerunt (quoniam stipes illorum auctor de Thebo bene meritis fuerat) cum deducerent eos in Peloponnesum. *Aelian. lib. 4. de Var. hist.*

HOMERTUS in poesi sua, omnibus iis a quibus beneficia accepit, abundantissime gratiam retulit. Namque cum Mentis Leucadii mercatoris liberalitate peregrinari potuisset, eum in Odyssaea regem Taphirum facit. Mentora Ithacensem, a quo hospitio fuerat susceptus, cum Ithacae ex oculis laboraret, Ulyssis fingit locum, cuius fidei Ulyssis, Trojam navigans, tantum viro acquissimo, familiarum domumque totam commiserit. Phemium praecipitorem & altorem suum (viricum, ut aliquibus videtur) in Odyssaea musicum & poetam praestantissimum introducit, qui Penelopes castum animum pudicis veribus in officio continebat. Tediichum coriariam quoque, cuius hospitio ad Novum murum fuerat usus, celebrat in Iliade, quod Ajacis scutum ex corio confecerit. *Herod.*

Messenii duce Aristomene, ejecti ex Era monte Lacedaemonii, ab Arcadibus liberaliter & benigne suscepti fuere. Extorres tamen, & variis casibus per cxxxv. annos agitati tandem

